



EVERHARDI  
BRONCHORST JC.

In Titulum Digestorum

DE DIVERSIS  
REGVLIS IVRIS  
ANTIQUI ENARRA-  
TIONES.

EDITIO POSTREMA,

*Ab ipso Authore recognita, & multis exemplis  
amplificata, & à plurimis mendis  
repurgata.*



FRANCOFVRTI,  
Apud Egenolphum Emmelium,

ANNO M. DC. XXVI



Generosis & Nobilissimis,  
**EQVESTRIS ORDI-**  
**NIS VIRIS,**  
NEC NON

*Amplissimis, Clarissimis, Prudentissimis*  
**DOMINIS PRÆTORIBVS, CON-**  
**SVLIBVS, SENATORIBVS & SCABINIS,**  
**Sex Primariarum Urbium Bataviæ,**

*Put,* { **DORDRECHTI,**  
**HARLEMI,**  
**DELPHIS,**  
**LVGDVNI,**  
**AMSTERODAMI,**  
**& GOVDÆ,**

**Dominis ac Meccenatibus suis elemen-**  
**tissimis, & reuerenter colendis.**

*Illustres, Amplissimi & Potentes*  
*Domini Ordines,*

**D**Vo sunt ad bene beateq; con-  
stituendam, fundandam & cō-  
seruandam Remp. præcipuè  
necessaria, videlicet veræ ac Orthodoxæ

PROLEGOMENA  
ad Titulum de Regulis  
Iuris.

**Q**uandoquidem ea quæ præsentem alicuius rei fructum nobis ob oculos statuunt, solent nos libenter ad eiusdem materiae cognitionem & studium perducere, animosque discertium acriter inflammare, opera pretium visum mihi fuit, ut paucula de celeberrimi & viliissimi pariter huius Tituli dignitate & præstantia, præfationis loco præmitterem. Summa itaque & potissima huius Tituli commoditas hæc est, quod ad conservandam & stabilendam memoriam, eorum quæ passim in Iure confuse & tumultuante traduntur, plurimum momenti hic Titulus adferat. Siquidem Pandectarum compilatores cum de vniuersi iuris partibus fusè lateque disseruissent, idque opus in immensum excreuisset, tandem regulas quasdam & quasi locos communes in ordinem redigere & subnectere, consultum fore iudicarunt. Vnde

B 3 si ad.

IN TITVLVM DIG.  
DE REGVLIS IVRIS.  
COMMENTARIVS.

*Ad Rubricam.*

**N**S CRIPATIO huius tituli hoc modo legitur: DE DIVERSIS REGVLIS IVRIS ANTIQVI. Ex quo duo sunt obseruanda.

I. Quod de diuersis regulis, ac non de vniuersis, vel simpliciter de regulis Iuris titulus hic inscribatur: Non enim omnes, sed multiplices ac quam plurimæ regulæ hic referuntur, eæ tamen potissimæ. Non illa sub hoc titulo ponitur, quæ est *in l. si. C. de fact.* Vnicuique licere fauori & iuri pro se introducere & renunciare: Nec illam quam Paulus regulam vocat *in l. regula de iur. si. facti ignor.* Iuris ignorantia nocet, facti vero ignorantia non nocet. Plures huiusmodi regul. notarunt ad principium huius tituli Petrus Faber, & Cuius ius, quos consulere potest s.

II. Nota, ius antiquum hoc loco denotare illud, quod Iuliani, Pauli, Ulpiani, Papiniani, & cæterorû Ictorum tempore in usu fuit, & quod per Imp. constitutiones, qui ante Iustinianum vixerunt, introductum est. Iusti-